

IOANNES BACCANELLIUS  
STUDIOSIS IVVENIEVS  
REGIENSIBVS

Xaipeiy.

\*



AE PEN V MERO ac diu co-  
gitavi doctissimi iuuenes , quo pa-  
cto hanc mei animi in uos obser-  
uantiam , qua semper eruditissimos  
quosque homines amplecti soleo ,  
possem attestari ac palam demon-  
strare , sed hucusque nunquam mihi datum est . Ut alia  
qua mei ingenij industria , uos insigni encomio , aut  
aliquo magno munere ornare potuerim . Quum nec  
ornatissima sermonis integritas , neque rerum locuple-  
tissima suppellectilis mihi adfuerit . Sed alij ingenio do-  
ctrina , & rebus longe inferior , nil tandem praestare  
posse cognoscetam , quam meram & insignem mei  
ignorantiam , In qua cum diu immersus sim , nec à  
tam innolucri scirpo me absoluere sciam , Id certe  
agere tentaui , ut quod de proprio & peculiari non  
possum , alieno ære soluere procurauerim : Extat enim  
apud me quædam ex Galeno & Hipocrate alijsque do-  
ctissimis Medicis excerpta dogmata mirum in mo-  
dum ad æræ facientia , atque in ordinem redacta .  
Quæ & si uobis condigna nec fœcunda munera esse  
uidentur , Netamen mee in uos obseruantie deser-  
tor uidear . Vobis dicare , donare , & consecrare con-  
stitui , Id existimans quod si alicui uestrum non pla-

cuerint, Saltem fore aliquem inter eos, Qui meum  
hunc animum, ne dicam laborem, interdum laudau-  
erit ac contra emulos siquid secus ac scripsi, senserint,  
uel publice blaterare voluerint validijsimis rationibus  
propugnauerit. Accipite igitur hec qualiacunque sint  
hilari animo, Et uestro iure fruimini. Scio enim quod  
si quid eritis θηωμανοι αεριτων non nisi gratissima esse  
poterunt. Vos interim illius apophthegmatis ne ob-  
linisciunini, quod εσθιμεν θρασις απο του περιεχοντος αερος  
λανθανα το φεν, ηδεψυχη απο τον ματηματων.

Valetē.